



Quotidiana Christiani Militis Tessera

Stanyhurst, Guillaume

Coloniæ Agrippinæ, 1682

18. Dies Junii. Agrum, si mediocriter colas, possidem si nimitùm,
possideris. Sidonius I. 8. Epist.

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-55659](#)

imus memores illius, quod Dei instinctu pronuntiavit D. Zenon : *Sine sacrilegio non potes placere sacrilego.* Quisquis placere Deo cupit; impiis displiceat necesse esse. Quid! plurisne tibi erit, ut Deo displices, unius homunculi tauca vocula, quam ut ill placeas, ratio, conscientia, Dei minæ, promissa, sanctorum Patrum monita, Sapientum consilia, tonus cœlestis curiæ judicium? Tu times sperni ab homine quæ sœpè est servus peccati, mancipium diaboli? & non times sperni à Deo? Deus ille gloriæ, & Majestatis, pro te tot probris, & contumeliis affectus est tu verò ne verbulum ullum, pro illo possis pati? Ibi tibi hoc certum, & fixum, quod monet Poëta:

Factum factori summo præponere noli.

18. DIES JUNII.

Agrum, si mediocriter colas, possides si nimium, possideris. *Sidonius l. 8. Epist.*

Terrena bona de-
spicienda.

I. **P**AUCISSIMI sunt, qui ut agros; si qui ex agris proveniunt fructus, ex fructibus opes possident; plurimi, qui ab illis possidentur. Hic nimius erga seu naturæ fragilia, seu fortunæ futu-
bona, affectus; est maximus in Dei obsequio defec-
tus. Non ad illum finem, factus est homo, ut cogi-
tationes suas humi defixas habeat, ut magnifica
villas ædificet; ædes in urbium morem exstruat, re-
fertas signis, atque picturis, Attaliois vestibus, arque-
bus, &c.

Junius.

Tessera.

467

conchyliatis peristromatis intus ornatas , auto , argento , & omnibus iis rebus instructas ; quibus redundant illi , quos vulgus beatos indigitat ; quas ædes , nihil aliud Chrysostomus esse ait , nisi nidos , ex festucis , lutoque confectos . Quis non obstupescat adeò brutas hominum mentes , ut nihil aliud cogitent , inquirant , machinentur , ambiant , nisi terram , & quod est de terra ? Aliquis noctes , diesque studet struendis opibus , & cumulandis facultatibus : ad quem finem ? ut fabricetur sibi sumptuosum domicilium : ubi ? in terra , ut comparet sibi latos fundos , & ampla prædia : quo loco ? in terra . Ita quidquid mens hominis versat , intellectus cogitat , cor expectat , voluntas diligit ; quidquid oculus aspicit , auris percipit , manus palpant , pedes calcant ; quidquid totus homo , omnibus & corporis membris , & animæ facultatibus querit , indagat , explorat , non est nisi terra , vel de terra ?

II. Unde præclarè Origenes , hujusmodi homines à terra devoratos ait , explicans illud Exodi 15.12.
(a) Extēndisti manū tuam ; & devoravit eos terra . An non tibi videtur terra devorare eum , qui nihil , nisi de terra cogitat ; qui semper terrenos actus habet : qui de terra loquitur , terram desiderat , pro terra litigat , in terra spem omnem collocat : qui cælum non aspicit , qui futura non cogitat , qui judicium Dei non metuit , nec beata ejus promissa desiderat ; sed semper de presentibus cogitat , & terrena suspirat . Talem cum videris , dico , quia terra devoravit eum . Nonne hoc tandem est graviter despere , nil nisi terrena sapere ? Quam sit homo totus quantus , quantus est , ab imis unguiculis , usque ad

G g 2

verti-

(a) Hom.6.in Exod.

verticem capitis, terrenus, voluit Deus manifestè in-
nuere, dum jubet Jeremiam, homini sic loqui: (a)
Terra, terra, terra, audi sermonem Domini. Homi-
nem tertio vocat terram. Primò, quia de terra or-
tus: secundò, quia in terra vivit: denique, quia in ter-
ram revertetur. Imò Deus volens ostendere, quām
sint omnia bona temporalia, brevia tempore, quām
exigua spatio, quām incerta possessione, dixit Eze-
chieli: (b) *Fili hominis, sume tibi laterem, & pones eum
coram te, & describes in eo civitatem Jerusalem.* Quid
ais, Domine? urbem tam amplam, quæ à Jeremia
vocatur ob imperii amplitudinem, (c) *Dominatio-
nium, ob potestatis magnitudinem, Princeps Provin-
ciarum, ob ædificiorum ordinem, & splendorum,*
Ubs perfecti decoris, ob hominum multitudinem,
*Scientiam, Sanctimoniam, Gaudium universæ ter-
ritus, inquam, & in eo tot splendida palatia,*
*tot sumptuosas ædes, tam amplas plateas, tam sub-
limes turres, tam excelsos muros, tor amœnos*
*hortos, in vilissimi luti portione, in uno latere ex-
primere?*

III. Planè, ut constet omnibus, bona mundi
omnia esse tam exilia, & pusilla, ut unius lateris gyra
per exiguo possint contineri: sed non tantum bona
temporalia sunt vana; sed sunt etiam saluti pernicio-
sa, animæ periculosa. Olim cum Carolo V. familia-
riter loquebatur Anthonus Læva, primus ipsius mi-
litum: delatio ad res Italiæ sermone, Læva Impera-
tori facilem, uti rebatur, totius Italiæ subjugandæ ra-
tionem demonstrans; ante omnia hos, illos Princi-
pes è medio tollendos, inquiens. *Cui Cæsar: Quid
intendit?*

(a) *Jerem. 22.29.* (b) *Ezech. 4.1.* (c) *I. Thren. 1.*

ius.
tè in-
: (a)
Iomi-
ra or-
n ter-
quam
quam
t Eze-
seum
Quid
renia
agen-
rovum
orem,
inem,
terra
alatia
n sub-
cenos
re ex-
undi
s gyro
n bona
nicio-
milia-
us mi-
pera-
da ta-
rinci-
Quid
inte-
.I.

Junius.

Tessera.

469

interim, ac dein Animæ meæ futurum est? Ergò, ait Læva, (cui verè tunc mens erat læva) animam habes? Vade, & imperium abdica: Illud, nempe, innuere volebat, conscientiam, & dominationem non bene inter se convenire. Ecce, quot malis nos objiciunt hæc fluxa mundi bona, ut si illis frui velis, vel ut uti possis, necessarium sit exuere omnem virtutem, animo proscribere pietatem, seponere Dei providentiam, excutere omnem conscientiam, negligere animam. Denique non potes consequi illa fortunæ bona, nisi cum maximo animi infortunio, fias malus. Si ergò sapimus, cavemus terrena sapere. Ideò esto hoc, vice oraculi:

Dere terrina, non sit tibi plena crumena.

19. DIES JUNII.

In præceps datis corporibus, nullum sui arbitrium est. *Seneca de Iral. I.c.7.*

Occasio I.
peccandi
fugienda.

Ne priveris tuo, quo tibi succuras, arbitrio, cave à præcipitio. Accinit enim Senecæ Tullius: (a) *Qui se præcipitat, sustinere se, cum velut, non potest.* Positus in peccandi periculo, proximus es præcipitio. Quantum hoc times, tantum illud cave. In potestate cujusque est, occasione se offerre; at postquam illi se obtulit, vix in ejus est potestate, culpam evitare. In mea est potestate, prælium mire; at in mea potestate non est,

Gg 3

potiri